



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

2. Terra luce & fœcu[n]ditate orbata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

- Exod. 10. 4. quam depopulantur. *Ecce ego inducam cras locustam in fines tuas, quæ operiat superficiem terræ, ne quidquam eius appareat; sed comedatur, quod residuum fuerat grandini.* 7. Aliquando ira in cælis datur, quod residuum fuerat grandini. 7. Aliquando ira in cælis
- Gen. 19. 24. Deus terram cælestibus flammis vastat. Sic Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhæam, sulphur & ignem à Domino de cælo. Nihil utique tunc viruit, in illis campis; in quibus vel ipsa poma, etiam hodie, leui pressu, in vagum puluerem fatiscunt. Nec opus est prætere; sole potest mundi Governator solum exurere: quo iubente, aliàs & præsentia huius astri salubriter calefacit, & absentia utiliter refrigerat; aliàs siue absens sit, siue præsens, omnia denudat; ut vel bustû fiant, vel obscurum chaos, & facies nocturna; eclipsi lumen eius obuelante. Quanquam enim ista cælestes, etiam in natura causas habent; falsum est tamen, nihil horum Deos facere, nec irâ numinum calum concuti, aut terram; ut Stoicus præsumere animo iussit.
- Senec. lib. 6. nat. q. 9. c. 3. Apud veteres tragædos, Atreo Mycenarum rege, Thyestis fratri suo filium epulandum præbente, fingitur sol, facinoris immanitatem abominatus, radios suos resorbuisse; immò, ne polueretur, aufugisse. Ita tenebris terras operuisse erubeiscentem naturam, canunt Poëtæ, qui sibi videbantur irati Dei offensam gravius exprimere non posse. Nimirum, ut pictor excellentis tabulæ à se pictæ cortinam obduxit, ne à futuro, ultra crepidam sapiente, aut alio Momo opus carpente aspiceretur: ita Deus quoque texit olim in Ægypto, nona plaga, terras; &, Filio suo moriente, trium horarum interuallo, cæli lumen extinxit, ut ostenderet, vel naturam pati, vel naturæ authorem; eaq; propter indignos esse mortales, qui lucem, qui orbem, qui orbis Conditorum intuerentur, quem crucifixerunt. Eodem momento dies, aut

II.
Senec. in
Thyeste.

Tertullian
Apol. aduers.
Gent. c. 21.

Tertullianus, *medium orbem signante sole, subducta est. Deliquimus utiq; putauerunt, qui id quoq; super Christo prædicatum, nõ sciuerunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis.* Scilicet, quia nihil deformius est peccato, debebat ea deformitas significari, per terram quoque deformatam. Ut enim lux rebus omnibus videtur colorem gratiamque affundere; ita nox, cum die aufert omnem terris venustatem: & velut domum, ob funus Principis in luctum coniectam, pullata atraque facit vniuersam.